



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio Prima. Qualis sit hæc doctrina, & ad quæ se extendat.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

# PRIMA SECVNDAE SVMMAE THEOLOGIAE ANGELICI DOCTORIS

S. THOMAE A QVINATIS

Cum commentarijs

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRIS  
D. D. THOMAE DE VIO, CAIETANI,

Ordinis Prædicatorum S. R. E. Tituli S. Xisfi Presbyteri Cardinalis,  
artium, & sacre Theologiæ Doctoris celeberrimi.



**Q**VAMQVAM propositum meum fuerit, super B libros de anima cæpta perficere, antequam novum hoc opus aggrederer: magis tamen debitum arbitratum sum prosequi commentationes super Summam diui Thomæ. Tum quia hoc est directè ea,

que ad salutis viam spectant, docere: Tum quia doctrina hæc in Italia satis dormit, & tamen opportuna est valde. Non inendo autem singulos articulos in sequentibus formare: sed iuxta substantiam materiam, ubi opus fuerit, immorari: ita tamen nullus prætermitteretur articulus etiam clarissimus, cuius memoria non fiet, quatenus & discussa, & omnia industriae tribuantur. Suscipiantur autem velim hæc, sicut & cætera nostras, si, & in quantum rationi consonant. Neque enim eis fidem dari maiorem posco, quam ea sit, quæ ex ratione gigni nata est. Vt tamen memores sint, quod acrobologia mathematica non est expectanda in moralibus, ut dicitur in 2. Meta. Diui igitur Thomæ intercessionem freus ad textum propero.

¶ Super Quæst. prima Articulum primum.

In titulo primi articuli quæstionis prima scito, quod hic non queritur de hoc, vel de illo agere: sed universaliter, Vtrum agere hominū sit propter finem: hinc enim sensum, & argumenta, & conclusio responsiva manifestant.

In corpore eiusdem articuli dubium occurrit circa discursum, quo ponitur differentia inter actiones hominis & humanas. Et concluditur, solas illas esse humanas quarum homo est dominus. Procedit enim libera ab homine, in quantum homo, ad hominem,

## PROLOGVS.



**V**IA, sicut Dam. \* dicit, Homo factus ad imaginem Dei dicitur, iecūdū quod per imaginem significatur intellectuale, & arbitrio liberum, & per se potestatum: postquam prædictum est de exemplari, scilicet de Deo, & de his, quæ processerunt ex diuina potestate secundum eius uoluntatem, restat ut consideremus de eius imagine, id est, de homine, secundum quod & ipse est suorum operum principium, quasi liberum arbitrium habens, & suorum operū potestatem.

## QVÆSTIO PRIMA.

De ultimo fine hominis, in octo articulos diuisa.



**B**i primò considerandum occurrit de ultimo fine humanæ uitæ, & deinde de his, per quæ homo ad hunc finem peruenire potest, uel ab eo deuiare. Ex fine enim oportet accipere rationes eorum, quæ ordinantur ad finem. Et quia ultimus finis humanæ uitæ ponitur esse beatitudo, oportet primum considerare de ultimo fine in communi, deinde de beatitudine.

in quantum est dominus suorum actuum: & tamen constat quod communius est, quod conuenit homini, in quantum homo, quam quod conuenit ei, in quantum dominus suorum actuum. Quicquid enim habet homo, in quantum dominus, habet in quantum homo: sed non e conuerso: ut patet de actu intellectus præueniente actu uoluntatis. Hic enim conuenit homini, in quantum a cæteris animantibus differt: & tamen illius non est homo dominus, quia præuenit uoluntatem. Et sic totus literæ processus riuere uidetur.

**C**IRCA primū queruntur octo.

¶ Primò, Vtrum hominis sit agere propter finem.

¶ Secundò, Vtrum hoc sit proprium rationalis naturæ.

¶ Tertio, Vtrum actus hominis recipiant speciem a fine.

¶ Quarto, Vtrum sit aliquis ultimus finis humanæ uitæ.

¶ Quinto, vtrum unius hominis possint esse plures ultimi fines.

¶ Sextò, Vtrum homo ordinet omnia in ultimum finem.

¶ Septimò, Vtrum idem sit finis ultimus omnium hominum.

¶ Octauò, Vtrum in illo ultimo fine omnes aliæ creaturæ conueniant.

## ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum homini conueniat agere propter finem.

**A**D PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod homini non conueniat agere propter finem. Causa enim naturaliter prior est: sed finis habet rationem ultimi, ut ipsum nomen sonat. ergo finis non habet rationem causæ: sed propter illud agit homo, quod est causa actionis, cum hæc propositio; propter; designet habitudinem causæ: ergo homini non conuenit agere propter finem.

¶ 2. Præter illud quod est ultimus finis, non est propter finem: sed in quibusdā actionibus sunt ultimi finis, ut patet per Philosophū in 1.

illa est intellectuālis, non tamen differt ab eis per illam tanquam per actionem. Differt enim homo in agendo a cæteris animalibus per hoc, quod est dominus suorum actuum: quamuis in eisendo & operando, de quibus non est præsens negotium, per aliud differat. & sic stat solida litera & quod ad processum, & quod ad distinctionem.

Prima Secundæ S. Thomæ.

A

¶ In

Inf. ar. 2. cor. & q. 6. ar. 1. cor. & q. 28. ar. 6. co & q. 24. ar. 21. cor. & q. 109. ar. 2. cor. & q. 3. co. 11. q. 2. & op. 3. 6. 100.

lib. 1. Ortho. Sæc. 6. 11.

In corpore eiusdem artic. circa illam propositionem Obiectum uoluntatis est finis, dubium est: quia aut est secundo de formalitate...

c. 1. to. 9.

Ethic. \* ergo non omnia homo agit propter finem. ¶ 3 Præter. Tunc videtur homo agere propter finem, quando deliberat...

tex 85. 10. 9. tex 89. 10. 1.

Ad hoc dicitur, qd litera loquitur de primo & formali obiecto uoluntatis, ut patet in responsione...

SED CONTRA. Omnia quæ sunt in aliquo genere, deriuantur a principio illius generis: sed finis est principium in operabilibus...

RESPON. Dicendum, quod actionum quæ ab homine aguntur...

In calce eiusdem articuli, dubium Nouitiorum occurrit. Quomodo ex hoc, quod uoluntatis obiectum formale est finis, concluditur...

Ad hoc dicitur, qd quia tendere in aliquid, commune est omnino tendenti in terminum: fieri autem, uel esse propter aliquid, specialiter est appropriatum causalitatis finis expressioni...

In responsione ad primum eiusdem articuli circa illa uerba, Finis ut est primus in intentione, habet rationem causæ: dubium occurrit, An res sit finis secundum quod est in intentione, an secundum quod est in rerum natura...

¶ In responsione ad primum eiusdem articuli circa illa uerba, Finis ut est primus in intentione, habet rationem causæ: dubium occurrit, An res sit finis secundum quod est in intentione, an secundum quod est in rerum natura...

illas. & sic tertio patebit ueritas. Prima propositio est. Esse in intentione, non est ratio finis, sed eius conditio. Secunda est. Esse in executione, nec ratio, nec conditio finis est, sed coincidens illi.

Ad quarum euidentiā scito primo, qd sicut in causalitate efficiente distinguendum est de ratione efficiendi, & condicione efficientis (dicimus enim cum medicus medetur, quod ratio medendi est ars medicinae: conditio uero medicantis est existeret eē singulare quoddam subsistens &c.) ita in causalitate finali distinguendum est inter rationem finalizandi, & conditionem finalizantis. & ut experientia in nobis testatur, inter agens & finem quod ad hoc tantum interest, quod uniuersaliter loquendo, ratio agendi est forma, iuxta illud tertij physice. text. 17. Semper existimabitur species aliqua mouere. Conditio uero agentis est...

substistere, uel in subsistente esse iuxta illud primi Me. Actiones sunt subsistentium. Ratio autem finalizandi est esse rei, quæ finis dicitur. Conditio uero finalizantis est esse sic in intentione. Scito secundo, quod esse in natura ab esse in executione, licet non distinguatur sicut unum esse ab alio esse, distinguitur tamen adeo ab eo, ut esse in executione, ut sic, significet esse ut pendens ab agente: esse uero in rerum natura, hoc nec includit, nec excludit, immo fundare potest causalitatem, ex qua dependet agens & eius executio. Et sic patet lenius propositionem positam. Probantur autem sic. Finis, bonum & appetibile, eiusdem sunt rationis & conditionis: ut patet ex 2. Physice. & 1. Ethic. ergo ratio appetibilis est ratio finis: & conditio appetibilis est conditio finis, & e conuerso. Et similiter, Quod non est ratio uisus, non est ratio alterius, modo constat quod ratio, quod sanitas appetitur, est esse non in anima (nam non appetit infirmus sanitatem in anima) sed in rerum natura. ergo esse sanitatis in rerum natura, est ratio finalizandi. Et rursus constat, quod sanitas nunquam appeteretur, nisi obiecta & cognita. ergo esse in intentione, est conditio finalizantis. Et rursus constat, quod appetibile mouet non motum. ergo esse in executione, quod est esse in dependentia ad agens, non est ratio nec conditio finis: sed quia finis generationis, & forma geniti coincidunt in idem numero ex secundo Physice. ideo esse in executione, coincidens quoddam est. Et si quaras de esse sanitatis in rerum natura, an finalizandi ratio sit quando est, aut quando futurum est: respondeo quod utroque tempore respectu diuersorum actuum appetitus, cuius proprium est obiectum finis & bonum: Nam esse in rerum natura sanitatis futurum, mouet finaliter appetitum secundum actum desiderij. Et idem esse postmodum præfens, mouet appetitum etiam finaliter secundum actum delectationis. Habet enim hoc singulare genus causæ finalis, ut causalitatem suam actu exerceat etiam habens tantum esse in anima tanquam conditionem causæ: nec hoc est magis mirum, quam mirabilis sit diuersa natura cauandæ. Verum aduerte hic duo. Primum est quod ratio desiderabilis non excludit esse in rerum natura præfentialiter: quoniam esse sanitatis desiderari non solum cum non est, sed usque quo habeatur inclusiuè, proportionaliter tamen, id est, quod sicut agens agit donec sanitas habeatur inclusiuè: ita sanitas semper finalizat. Et sicut illud agit ut in uia, & in termino: ita finis proportionaliter. Aequale enim oportet esse tempus finalizandi tempori agendi: alioquin agens ageret non propter finem. Secundum est, quod ratio delectabilis non excludit esse in intentione, ut conditionem, ut patet in animalibus. Vnde ex hoc quod ratio finalizandi est quandoque esse in rerum natura præfentialiter, non excluditur uniuersaliter dictum huius literæ, scilicet quod secundum quod est in intentione, habet rationem finis. semper enim exigitur ista conditio: & si in pure naturalibus illam quæris, memento quod opus nature est opus intelligentiæ, & cessabit quæstio. Ex his autem facile patet consonantia ac ratio dictorum de fine. De fine enim dicitur, quod est finis secundum quod est in intentione. Et uerum est, prout ly secundum,

cundum, seu in quantum denotat conditionem finis. Et quod est ultimus, optimus, & fm esse extra, & perfectum &c. & uerum est prout denotatur ratio finis. Sed esto cauius, quod aliud est dicere, Finis rō est ultima, optima, perfecta, esse extra &c. & aliud est dicere, Finis rō est in statu optimo, ultimo, pfecto extra animū &c.

In primo denotatur, q ratio finalizandi fit talis secundum se formaliter. In secundo uero, quod habeat talem statum quasi conditionem requisitam ad finalizandum. Vnde de prima cōcedatur: secunda autem, utpote falsā, neganda est. Sanitas enim desideratur secundum esse perfectissimum quod ad rationem desiderabilis: sed cum desideratur, non habet statum perfectissimum: immo ille desideratur ut habeatur. Quod autem obicitur de frustra, nihil officina frustra non dicitur per priuationem, causam saluam finalis: sed per priuationem affectionis ex parte efficientis, presupposita casualitate finali. Quod enim agit propter finem, si nō assequatur illum, frustra laborare dicitur. Et si insequatur, in ipsa assecutione in nis casualitas est finalis, iam patet responsio, quod est tunc consummatio finalizandi, sicut agendi. Et sic ex ratione ipsius frustra, nihil aliud habetur, nisi quod ratio finalizandi est esse in rerum natura: & quod esse in rerum natura, futurum quidem finalizat: nouiter autem presens consummat finalizationem desiderij, quod totum & uerum, & doctrinā huic consonat. Auer. quoque uerba, quantum ad propositum spectat, scilicet de finis ratione, nobis attestantur: nam de fine quod ad rationem finis, dicit, quod est esse extra: quod nos docuimus, quantum uero ad esse intra, quod sit uel non sit conditio, nihil dicit. Quod uero dicit, quod secundum esse intra est agens, alterius negotij est, & tractatum primo libro. quare &c.

In responsione ad secundum circa rationem qua ostenditur, quod actus uoluntatis non potest esse ultimus finis: dubium occurrit. An intendat de ultimo fine, ut res dicitur finis: aut de ultimo fine, ut adeptio rei, dicitur finis. si litera enim intendit de ultimo fine primo modo, constat, quod non solum actus uoluntatis, sed nullus actus cuiuscunque potentia potest esse finis ultimus: sic enim solus Deus est finis ultimus. si autem intendit de fine secundo modo, tunc maior, scilicet: Finis est obiectum uoluntatis: hoc modo intellecta, etset probanda. Negatur enim de facto, a ponentibus felicitatem in actu uoluntatis. possunt enim actum amandi Deum ultimum finem, ut adeptionem: ipsum uero Deum ut esse adeptum. & sic secundum illos diceretur ad hanc rationem litera, quod finis ut res, est obiectum uoluntatis: finis uero ut adeptio, est actus elicitus uoluntatis.

Ad hoc responderi potest, quantum ad propositum spectat, primo quod litera loquitur de ultimo fine integraliter, & non pro hac, uel illa eius parte, uel quasi parte, scilicet re uel adeptione: ita q maior est, finis ultimus simpliciter, & non secundum aliquid eius, est obiectum uoluntatis: & est ista propositio inductiue nota. nam nunquam in numerum inuenitur ponere finem ut res, contra finem, ut adeptio. Auarus enim pro obiecto eodem respectu habere pecuniam: & inermis habere corpus sanum &c. Sub hac autem propositione non potest subsumi de actu intel-

Actus, sicut de actu uoluntatis, quod non est obiectum primum uoluntatis uerissimum: de actu uero intellectus est falsum, quoniam non solum bonum, sed bonum cognitum, est obiectum primum uoluntatis. Et sic rō litera de fine simpliciter intellecta, infert intentū. f. q actus uoluntatis non pot esse ultimus finis: quia non pot esse obiectum primum uoluntatis. Secundo pot dici, quod iste sermo potest intelligi de fine, eo modo quo res dicitur finis: sed non est sermo de fine ultimo communis finis, qualis est Deus: sed proprio hominis, de quo hoc occultum litera pandit, quod si est aliqua actio hoīs, q illa nō potest esse actus elicitus uoluntatis. Nec est eadē rō de actibus alterius potentia, puta intellectus: quia ille ex quo potest esse obiectum uoluntatis, non prohibetur ex hoc, quin sit finis ut res. Et propterea forte litera non affirmatiue, sed conditionaliter dicit, si aliqua actio hominis est ultimus finis. Satis enim est huic litera saluare, quod etiam si homo ageret actiōnem, quā esset ultimus finis, ut res est ultimus finis, adhuc uerificaretur, quod tūc ageret etiam propter finem, quia uellet illam actionem: & sic ipsum uelle esset propter finem. Nec subeat hac dubitatio, quomodo actio illa ultima, in qua consistit felicitas uelima, sit imperata apud doctrinam S. Tho. quoniam ponit uoluntatem & intellectum naturali motu ferri in Deū oblatum cum lumine gloriæ. Hæc enim solus intendo, quod loquitur de homine in quantum homo, & non quatenus diuinæ consors est naturæ per gloriam. Et si hanc litera responsionem notauit, perspicies interpretationem principalis conclusionis responsiue positæ in corpore huius ar. scilicet: Omnes actiones humanæ sunt propter finem. ly enim omnes, non distribuitur omnibus actionibus seorsum sumptis, sed pro singulis perfectè, seu integraliter sumptis. Si enim aliqua actio intellectus est ultimus finis illa secundum se sola non potest esse propter finem, sed ipsa ratione eius uelle, a quo pendet. quod in se participatiue claudit, est propter finem: & sic omnes actiones humanæ sunt propter finem.

ibi aliqua actio hominis, ad minus ipsum uelle, est propter finem. Quicquid ergo homo faciat, uerum est dicere, quod homo agat propter finem, etiam agendo actionem quæ est ultimus finis.

Ad tertium dicendum, q huiusmodi actiones nō sunt proprie humanæ: quia non procedunt ex deliberatione rationis, quæ est proprium principium humanorum actuum. & ideo habent quasi finem imaginatum, non autem per rationem præstitutum.

ARTICVLVS II.

Utrum agere propter finem sit proprium rationalis nature.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod agere propter finem sit proprium rationalis nature: homo enim, cuius est agere propter finem, nunquam agit propter finem ignotum: sed multa sunt, quæ non cognoscunt finem, uel quia omnino carent cognitione, sicut creaturæ insensibiles, uel quia non apprehendunt rationem finis, sicut bruta animalia. uidetur ergo proprium esse rationalis nature agere propter finem.

niam ponit uoluntatem & intellectum naturali motu ferri in Deū oblatum cum lumine gloriæ. Hæc enim solus intendo, quod loquitur de homine in quantum homo, & non quatenus diuinæ consors est naturæ per gloriam. Et si hanc litera responsionem notauit, perspicies interpretationem principalis conclusionis responsiue positæ in corpore huius ar. scilicet: Omnes actiones humanæ sunt propter finem. ly enim omnes, non distribuitur omnibus actionibus seorsum sumptis, sed pro singulis perfectè, seu integraliter sumptis. Si enim aliqua actio intellectus est ultimus finis illa secundum se sola non potest esse propter finem, sed ipsa ratione eius uelle, a quo pendet. quod in se participatiue claudit, est propter finem: & sic omnes actiones humanæ sunt propter finem.

Super questionis prima articulum secundum.

In art. 2. dubium occurrit, quid intersit inter apprehendere finem, & apprehendere rationem finis. Hanc enim differentiam consistit litera radicem differentia inter rationalia, & irrationalia sensitiua in agendo propter finem. Non enim potest dici, quod per finem intelligitur hic finis, & per rationem finis intelligitur quidditas finis: quoniam mulier præparans cibos, ut comedat hora prandij, quidditatem comestionis nec in uniuersali, nec in particulari nouit: sed ad hanc finem, qui est tunc comedere, apprehensum, ordinat preparationem suam.

Ad hoc dicitur, quod cum ratio finis consistat in hoc, quod est esse, cuius causa, seu propter quid cognoscere rationem finis, est cognoscere habitudinem finis ad id quod est ad finem. Qui enim proportionem horum cognoscit, ad finem se mouere potest: & qui non nouit, non potest. Cuius signum est, quod apprehensio aliquo fine, puta sanitate, nihil agimus propter ipsam, donec cognoscamus habitudinem eius ad exercitium. Prima Secunda S. Thomæ. A 2 tius,

22. q. 50. art. 2. co. & 2. co. tra. ca. 46. & li. 3. c. 1. fi. 16. 24. 109. 110. fin. & 111. & uni. ar. s. cor. & phy. le. 4. c. 1. pri. & le. 10. prin.

In corp. ar.

D. 359

lex. 42. to. 2.

lex. 49. to. 2.

tium, uel dietam uel potionem &cetera. In cognitione ergo proportionis, seu habitudinis rei, quae est finis, ad id quod est ad finem ut sic, consistit cognoscere rationem finis. Et hinc oritur differentia in mouendo se ad finem cognitum, & non mouere se: ut in littera dicitur.

In eodem 2. arti. in respon. a l. tertium, nota rationem operam, quare opus naturae est opus intelligentiae.

Super Quaest. prima Articulum tertium.

In tertio artic. dubium occurrit circa processum litterae. Nam dicitur si uideatur a principio actiuo ad principiu finale, dum affinitat uniuersaliter, quod actio specificatur ab actu, qui est principium agendi, ut calor calefactionis: & subsunt, quod finis est obiectum uoluntatis, ac per hoc principium actus deliberati a uoluntate: & sic concludit finem ut principium specificare actionem humanam. Constat enim quod finis non est actus qui sit principium agendi, sed est finis propter quem agens principio agendi agit: malus igitur uideatur processus litterae.

Ad hoc dicitur, quod finis est non solum finis, sed obiectum uoluntatis: ac per hoc loco forma quae est principiu agendi. Balneum. inquit Auer. in anima est agens desiderium. Etsi contra hoc infertur, quia non saluatur iuxta hanc rationem sermo formaliter. scilicet finis speciem det actioni humane, sed res quae est finis: respondendum est, quod finis, in quantum finis, habet quod sit obiectum uoluntatis, & sic ratio agendi tali potentiae, cuius est principium obiectum: & sic est sermo formalis, quod finis specificet actionem humanam, & nulla digressio in processu commissa est. Sed diuersus modus habendi rationem agendi in-

p. p. q. 22. ar. 2. & q. 109. ar. 5.

¶ 2 Preterea. Agere propter finem, est ordinare suam actionem ad finem: sed hoc est rationis opus. ergo non conuenit his, quae ratione carent.

¶ 3 Preterea. Bonum & finis est obiectum uoluntatis: sed uoluntas in ratione est, ut \* dicitur in 3. de anima. ergo agere propter finem non est nisi rationalis natura.

SED CONTRA est. quod Philosophus \* probat in 2. Phys. quod non solum intellectus, sed etiam natura agit propter finem.

RESPONDEO. Dicendum, quod omnia agentia necesse est agere propter finem. Causarum enim adinueniendam ordinatarum, si prima subtrahatur, necesse est alias subtrahi. Prima autem inter omnes causas est causa finalis, cuius ratio est: quia materia non sequitur formam, nisi secundum quod mouetur ab agente. Nihil enim reducit se de potentia in actum: agens autem non mouet nisi ex intentione finis. Si enim agens non esset determinatum ad aliquem effectum, non magis ageret hoc quam illud. Ad hoc ergo quod determinatum effectum producat, necesse est quod determinetur ad aliquid certum, quod habet rationem finis. Haec autem determinatio sicut in rationali natura per rationalem fit appetitum, qui dicitur uoluntas: ita in aliis fit per inclinationem naturalem, quae dicitur appetitus naturalis. Tamen considerandum est, quod aliquid sua actione, uel motu tendit ad finem dupliciter. Vno modo, sicut seipsum ad finem mouens ut homo: alio modo, sicut ab alio motum ad finem. sicut sagitta tendit ad determinatum finem ex hoc, quod mouetur a sagittante, qui suam actionem dirigit in finem. Illa ergo quae rationem habent, seipsa mouent ad finem, quia habent dominium suorum actuum per liberum arbitrium, quod est facultas uoluntatis & rationis. Illa uero quae ratione carent, tendunt in finem propter naturalem inclinationem, quasi ab alio mota, non autem a seipsis, cum non cognoscant rationem finis: & ideo nihil in finem ordinare possunt: sed solum in finem ab alio ordinantur. Nam tota irrationalis natura comparatur ad Deum, sicut instrumentum ad agens principale, ut supra habitum est. Et ideo proprium est naturae rationalis, ut tendat in finem, quasi se agens, uel ducens ad finem. Naturae uero irrationalis

lis quasi ab alio acta uel ducta, siue in finem apprehensum, sicut bruta animalia: siue in finem non apprehensum, sicut ea quae omnino cognitione carent.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod quando homo per seipsum agit propter finem, cognoscit finem: sed quando ab alio agitur, uel ducitur, puta cum agit ad imperium alterius, uel cum mouetur altero impellente, non est necessarium quod cognoscat finem: & ita est in creaturis irrationalibus.

AD SECUNDUM dicendum, quod ordinare in finem, est eius quod seipsum agit in finem. Eius uero quod ab alio agitur in finem, est ordinari in finem, quod potest esse irrationalis naturae, sed ab aliquo rationem habente.

AD TERTIUM dicendum, quod obiectum uoluntatis est finis & bonum in uniuersali. Unde non potest esse uoluntas in his, quae carent ratione & intellectu, cum non possint apprehendere uniuersale: sed est in eis appetitus naturalis, uel sensitiuus, determinatus ad aliquod bonum particulare. Manifestum autem est, quod particulares causas mouentur a causa uniuersali: sicut cum rector ciuitatis, qui intendit bonum commune, mouet suo imperio omnia sua particularia officia ciuitatis. & ideo necesse est quod omnia, quae carent ratione, moueantur in fines particulares ab aliqua uoluntate rationali, quae se extendit in bonum uniuersale, si a uoluntate diuina.

ARTICULVS III.

Utrum actus hominis recipiant speciem ex fine.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod actus humani non recipiant speciem a fine. Finis enim est causa extrinseca: sed unumquodque habet speciem ab aliquo principio intrinseco. ergo actus humani non recipiunt speciem a fine.

¶ 2 Praet. Illud quod dat speciem, oportet esse prius: sed finis est posterior in esse. ergo actus humani non habent speciem a fine.

¶ 3 Praet. Idem non potest esse nisi in una specie: sed eundem numero actum contingit ordinari ad diuersos fines. ergo finis non dat speciem actibus humanis.

SED CONTRA est, quod dicit Augustinus in lib. de moribus Eccl. & Manichaeorum. Secundum quod

clusus in minorem, apparentiam dat dubio. Ipsi enim esse propter quod uoluntas agit, nec sibi debetur alio modo quo agit, seu ratio agendi.

In eo artic. nolo repetere scripta. Iuxta primam partem: sed in responsione ad primum nota illa uerba. Ut hoc ipsum est de ratione actus. Ex his enim patet, quod conformis s. Thomae sit doctrina superius tradita de distinctione intrinseca quarundam rerum, scilicet potentiarum, actuum, motuum, & huiusmodi, per extrinseca, a quibus rationes earum absolui nequeunt.

In eo 3. arti. in responsione ad tertium aduerte, quod author non negat pluralitatem finium etiam proximorum absolute, sed specificantium actum. Vnus enim numero actus prout semel egreditur ab operante, quod dicitur propter accidentes intentiones in continuando actum, unus solus est finis proprius, a quo est species uel substantialis: a ceteris autem accidentales species sunt, ut in finibus clarificabitur de circumstantiis.

Inf. art. 6 & q. 18. ar. 2 & 3. & q. 72. ar. 1. & 3. Et 2. di. 40. arti. 2. cor. Et mal. q. 2. artic. 4. ad 9.

li. 2. c. 13. circa prin. to. 1.

Super

Super questionis prima articulum quartum.

In articulo 4. eiusdem quest. dubium est circa responsum ad primum, quod dicitur, quod de ratione boni est, quod aliquid ab ipso effluat. Nam si hoc est verum, sequitur primum, quod de ratione boni, quod est, essentia diuina, est, quod aliquid ab ipsa effluat. Et cum illud quod est de ratione aliquid, necessario conueniat illi, sequitur, quod necessario ab essentia diuina aliquid effluat. Et sic non libere, sed necessario res effluerunt in esse a Deo. Sequitur secundo, quod intellectus diuinus moderato effluxum bonorum a primo bono, auferat a bono id quod est de ratione eius, quod & impossibile est, & non est fas tribuere diuinae sapientiae, quae dispo- nit omnia iuauerit. Probat sequela: quia constituendo ultimum bonum inferius, cum illud, quia bonum est, habeat de ratione sua, quod aliquid ab eo effluat: & quia ultimum nihil ab eo effluat, oportet quod sit ablatum ab eo id, quod est de ratione eius.

Ad hoc dicitur, quod inter finem & bonum hoc intererat, quod cum finis habeat duo, scilicet, esse obiectum appetitus (habet enim rationem appetibilem) & esse causam finalem: Finis enim alicuius est finis: Et secundum horum oritur ex primo nam finis ex eo quod appetibilis, causat finaliter bonum, exercet rationem finis quod ad primum. propterea, & in 1. Ethic. dicitur. Bonum est quod omnia appetunt. Et diuina essentia habet rationem boni respectu suae naturalis uoluntatis, utpote proprium obiectum illius, cuius constat non esse finem positum, sicut nec aliam causam. secundum autem exprimitur nomine finis: & propterea bonum exercet finem in seipso, & in his quae sunt ad finem,

finis est culpabilis vel laudabilis, secundum hoc sunt opera nostra culpabilia, vel laudabilia.

RESPON. Dicendum, quod unumquodque sortitur speciem secundum actum, & non secundum potentiam: unde ea quae sunt composita ex materia & forma, constituuntur in suis speciebus per proprias formas. Et hoc etiam considerandum est in motibus proprijs. Cum enim motus quodammodo distinguatur per actionem, & passionem, utrumque horum ab actu speciem sortitur: Actio quidem ab actu, qui est principium agendi: passio uero ab actu, qui est terminus motus nostri. Unde calefactio actio, nihil aliud est, quam motio quaedam a calore procedens: calefactio uero passio, nihil aliud est quam motus ad calorem. Diffinitio autem manifestat rationem speciei. & utroque modo actus humani, siue considerentur per modum actionum, siue per modum passionum, speciem a fine sortitur. utroque enim modo possunt considerari actus humani, eo quod homo mouet seipsum, & mouetur a seipso. Dictum est autem supra, quod actus dicuntur humani, in quantum procedunt a uoluntate deliberata. Obiectum autem uoluntatis est bonum & finis: & ideo manifestum est, quod principium humanorum actuum, in quantum sunt humani, est finis: & similiter est terminus eorundem. Nam id ad quod terminatur actus humanus, est id quod uoluntas intendit tanquam finem: sicut in agentibus naturalibus, forma generati est conformis formae generantis. Et quia ut Ambrosius dicit super Lucam, Mores proprie dicuntur humani, actus morales proprie speciem sortiuntur ex fine. nam idem sunt actus morales, & actus humani.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod finis non est omnino aliquid extrinsecum ab actu, quia comparatur ad actum, ut principium, uel terminus: & hoc idem ipsum est de ratione actus, ut scilicet sit ab aliquo quantum ad actionem, & ut sit ad aliquid, quantum ad passionem.

AD SECUNDUM dicendum, quod finis secundum quod est prior in intentione, ut dictum est, secundum hoc pertinet ad uoluntatem: & hoc modo dat speciem actui humano, siue morali.

AD TERTIUM dicendum, quod

A idem actus numero secundum quod semel egreditur ab agente, non ordinatur nisi ad unum finem proximum, a quo habet speciem: sed potest ordinari ad plures fines remotos, quorum unus est finis alterius. Possibile tamen est, quod unus actus secundum speciem naturae ordinetur ad diuersos fines uoluntatis: sicut hoc ipsum quod est occidere hominem, quod est idem secundum speciem naturae, potest ordinari sicut in finem ad conseruationem iustitiae, & ad satisfaciendum irae: & ex hoc erunt diuersi actus secundum speciem moris, quia uno modo erit actus uirtutis, alio modo erit actus uitij. Non enim motus recipit speciem ab eo quod est terminus per accidens, sed solum ab eo quod est terminus per se. Fines autem morales accidunt rei naturali: & econuerso, ratio naturalis finis accidit morali. & ideo nihil prohibet actus, qui sunt iidem secundum speciem naturae, esse diuersos secundum speciem moris, & econuerso.

ARTICVLVS IIII.

Utrum sit aliquis ultimus finis humane uite.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod non sit aliquis ultimus finis humane uite, sed procedatur in finibus in infinitum. Bonum enim secundum rationem, est diffusiuum sui, ut patet per Dionysium 4. capitulo de diuin. nominib. Si ergo quod procedit ex bono, ipsum etiam est bonum, oportet, quod illud bonum diffundat aliud bonum & sic processus boni est infinitus: sed bonum habet rationem finis. ergo in finibus est processus in infinitum.

¶ 2. Præterea. Ea quae sunt rationis, in infinitum multiplicari possunt: unde & mathematicae quantitates in infinitum augentur. Species etiam numerorum propter hoc possunt esse infinitae, quia dato quolibet numero, alium maiorem excogitare potes: sed desiderium finis sequitur apprehensionem rationis. ergo uideretur quod in finibus procedatur in infinitum.

¶ 3. Præterea. Bonum, & finis est obiectum uoluntatis: sed uoluntas infinites potest reflecti supra se ipsam. possum enim uelle aliquid & uelle me uelle illud, & sic in infinitum. ergo in finibus humane uoluntatis proceditur in infinitum.

Prima Secundae S. Thome.

utpote appetibilis, rationem habentia: finis autem distinguitur contra ea quae sunt ad finem, ut causa ab effectu. Ex his autem deducitur, cum duplex sit effluxus a bono, scilicet in appetitum, & in re, & primus in littera uocatur secundum ordinem intentionis, secundus executionis: si sit sermo de effluxu in appetitum, constat quod de ratione boni est, non quod appetatur, sed quod sit appetibile: ac per hoc non quod ab eo aliquid effluat, sed quod sit tale, a quo effluat appetitus sui. Et si contra hoc opponatur processus in infinitum, quia si quilibet bonum pariet sui amorem, & ille amor cum sit boni, pariet sui amorem, & sic in infinitum: facilis est responsio ex responsione ad tertium, quod hoc cum sit per accidens, non inuenit fortiri in finitatem, sicut in actibus reflexis intellectus. Si enim eodem actu in obiectum & actum mens nostra ferretur, in primo actu esset stans, sicut est in intellectu angeli. Si uero sit sermo de effluxu in re: sic tanto magis constat, quod non est de ratione boni diffundere se, sed esse diffusiuum sui: quoniam bonum ad actuale diffusiuum sui in re non peruenit immediate, sed mediante causa efficiente, uoluntate scilicet, cuius est obiectum, a qua fit, quod sit actualiter finis alicuius, cuius erit finis aptitudinaliter tantum. & propterea prima obiectio nihil officit. ¶ Ad secundum autem dicendum est, quod cum bonum multipliciter dicatur, sicut & ens: non est unicum iudicium de omni bono dandum: sed discernendum est, quod aliquid dicitur bonum, quia est quod est bonum: aliquid, quia est quo aliquid est bonum: aliquid ut actio boni: aliquid ut terminus consummans esse bonum, & hu-

A 3 iulmo-

D. 61

ani. i. huius quest.

In prefatio ne in Luca non procul a fine to. 5.

ani. i. huius quest.

01. 3. 325 T

01. 3. 325 T

p. di. 3. q. 2. ar. 2. c.

c. a. de diui. nom. in pti.



est incompletum: ita repugnat hac eadem consistere simul duo, prima bona naturalia: quia neutrum esset primum quo inciperet motus uoluntatis. Et similiter repugnat eadem consistere duo prima specificantia: quia neutrum eorum esset specificas primo. unde haec rationes directae concludentes unitatem formalem ultimi finis in unoquoque (quia habet rationem completi naturalis & specificantis) primo simul concludunt, quod impossibile est simul poni huiusmodi rationem formalem in diuersis e regione co diuisis: ita ut distinguatur ipsa ratio formalis in eis, & fiant simul duo ultimi fines unius hominis: cum quo tamen stat, ut in littera dicitur, quod ratio ista ponatur in pluribus tamquam paribus tamquam paribus intergrabitur unum subiectum adaequatum illius.

¶ Sed unum hic occurrit nouorum duorum. Quomodo stat haec duo simul, quod quilibet peccator constituat sibi ultimum finem in illo communi tabili bono, ad quod intendit, cum aueritur a Deo peccando mortaliter: & quod non habeat simul in habitu diuersa ut ultimi fines, cum contingat eundem hominem simul esse in diuisis peccatis mortalibus, puta gula, & iniustitia: ita quod neutri per alterum afficitur: sed ebrietas eum secundum se delectat, & similiter in iustitia.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quod omnes fines proximi peccatorum mortalium ueniunt in uno ultimo fine, qui est ipsemet peccator: quia amor sui usque in contemptum Dei constituit ciuitatem Babilonis, sicut amor Dei usque ad contemptum sui, ierusalem. Vnde huiusmodi peccator nec in gula, nec in iniustitia apparenti bono, seorsum constituit ultimum finem, cuius signum est, quod neutrum sibi sufficit: sed omnia commutabilia bona, ad quae

tur ultimus finis uoluntatis, non propter hoc alia excluduntur. ¶ 3 Præter. Voluntas per hoc quod constituit ultimum finem in aliquo, suam liberam potentiam non amittit: sed antequam constitueret ultimum finem suum in illo, puta in uoluptate, poterat constituere finem suum ultimum in alio, puta in diuitiis. ergo etiam postquam constituit aliquis ultimum finem suæ uoluntatis in uoluptate, potest simul constituere ultimum finem in diuitiis. ergo possibile est unius hominis uoluntatem simul ferri in diuersa, sicut in ultimos fines.

SED CONTRA. Illud in quo quiescit aliquis sicut in ultimo fine, hominis affectui dominatur, quia ex eo totius uitæ suæ regulas accipit: unde de gulosis dicitur Philip. 3. Quorum Deus uenter est, quia scilicet constituunt ultimum finem in delicijs uentris: sed sicut dicitur Matth. 7. Nemo potest duobus dominis seruire, ad inuicem scilicet non ordinatis. ergo impossibile est esse plures ultimos fines unius hominis ad inuicem non ordinatos.

RESPON. Dicendum, quod impossibile est, quod uoluntas unius hominis simul se habeat ad diuersa sicut ad ultimos fines, cuius ratio potest triplex assignari.

Prima est, quia cum unumquodque appetat suam perfectionem, illud appetit aliquis ut ultimum finem, quod appetit ut bonum perfectum, & completiuum sui ipsius. Vnde Augustinus dicit 19. de ciuitate Dei: Finem hominum nunc dicimus, non quod consumitur ut non sit, sed quod perficitur ut plenè sit. Oportet igitur quod ultimus finis ita impleat totum hominis appetitum, quod nihil extra ipsum appetendum relinquatur: quod esse non potest, si aliquid extraneum ad ipsius perfectionem requiratur. unde non potest esse quod in duo sic tendat appetitus, ac si utrumque sit bonum perfectiuum ipsius.

¶ Secunda ratio est, quia sicut in processu rationis, principiu est id, quod naturaliter cognoscitur: ita in processu rationalis appetitus, qui est uoluntas, oportet esse principium id, quod naturaliter desideratur. hoc autem oportet esse unum: quia natura non tendit nisi ad unum. Principium autem in processu rationalis appetitus est ultimus finis: unde oportet id, in quod tendit uoluntas sub ratione ultimi finis, esse unum.

¶ Tertia ratio est, quia cum actiones

uoluntariae ex fine speciem fortiantur, sicut supra habitum est, oportet, quod à fine ultimo, qui est communis, fortiantur rationem generis: sicut & naturalia ponuntur in genere secundum formalem rationem communem. Cum igitur omnia appetibilia uoluntatis, in quantum huiusmodi, sint unius generis, oportet ultimum finem esse unum: & præcipue, quia in quolibet genere est unum primum principium: ultimus autem finis habet rationem primi principij, ut dictum est. Sicut autem se habet ultimus finis hominis simpliciter ad totum humanum genus: ita se habet ultimus finis huius hominis ad hunc hominem. unde oportet, quod si cut omnium hominum est naturaliter unus finis ultimus, ita huius hominis uoluntas in uno ultimo fine statuatur.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod omnia illa plura accipiebantur in ratione unius boni perfecti ex his constituti ab his, qui in eis ultimum finem ponebant.

AD SECUNDUM dicendum, quod etsi plura accipi possunt, quae ad inuicem oppositionem non habeant: tamen bono perfecto opponitur, quod sit aliquid de perfectione rei extra ipsam.

AD TERTIUM dicendum, quod potestas uoluntatis non habet, ut faciat opposita esse simul: quod contingeret, si tenderet in plura disparata, sicut in ultimos fines, ut ex dictis patet.

ARTICVLVS VI.

Utrum homo omnia que uult, uelit propter ultimum finem.

AD SEXTUM sic proceditur. Videtur, quod non omnia quaecunque uult homo, propter ultimum finem uelit. Ea enim quae ad finem ultimum ordinantur, seriosa dicuntur, quae si utilia: sed iocosa à serijs distinguuntur. ergo ea quae homo iocose agit, non ordinat in ultimum finem.

¶ 2 Præterea. Philosophus dicit in principio Metaphysic. quod scientiae speculatiuae propter se ipsas quaeruntur: nec tamen potest dici quod qualibet earum sit ultimus finis. ergo non omnia quae homo appetit, appetit propter ultimum finem.

¶ 3 Præterea. Quicumque ordinat aliquid in finem, cogitat de illo si

peccator conuertitur, referuntur ad unum eorum finem, qui est simpliciter ultimus sibi. Ipsi summet, quoniam omnia appetit ut conferentia ad bonum proprium: ita quod huiusmodi bona non appetuntur ut fines ultimi simpliciter, sed ut fines ultimi partiales, ut si partes boni proprii, quod est simpliciter finis ultimus illius, & intentum in omni peccato mortali. Littera autem docet impossibile esse, quod unius simul sint plures fines ultimi simpliciter. Et propterea nulla est contrarietas inter proposita.

Super questionis prima articulum sextum.

IN 6. articulo. Unum oportet præ oculis semper habere, ut non fallamur. I. distinctio nem inter ultimum finem hominis formaliter, uel materialiter, quae in art. 7. exprimitur. Ultimus enim finis formaliter, nihil aliud est quam bonum perfectum cuiusque, ut in 5. dicitur articulo. Et de ultimo fine formaliter hic 6. articulo uerificatur primo: de ultimo autem fine materialiter uerificatur secundo, ut si induit illius rationem formalem: oportet enim quaecunque homo uult, quod uelit propter suam perfectionem: quoniam, ut in octauo dicitur Eth. Amabile quidem bonum, unicuique autem proprium. Et si haec aduertisset Scotus, non diuisisset forte quod scripsit 1. 4. dist. 49. illa quod.

Utrum oia quae appetit homo, appetat propter beatitudinem. Tenet in parte negatiuam: quia homo potest libere appetitu uelle non propter beatitudinem tam negatiuè, quam contrariè. Negatiuè quidem, ut quia intellectus potest aliud quam beatitudinem cogitare, & consequenter uoluntas uelletum quia intellectus potest aliquid quod bonum considerare ut bonum in se, non considerando ut bonum ad finem: ergo & uoluntas potest uelle illud. Contrariè uero, quia stante certitudine beatitudinis in Deo &c. & malitia

in corp. ar. in corp. ar. inf. q. 60. art. 2. cor. & 4. di. 49. q. 1. art. 3. q. 4. & 1. cor. c. 100.

¶ 4 Præterea. Quicumque ordinat aliquid in finem, cogitat de illo si

Prima Secundæ S. Thomæ. A 4 forn-

D. 624  
et non loq  
ap. in. 10. 5.

q. 19.  
di. 8.  
3. ad  
Et 2.  
art. 3.  
q. d.  
art. 1.  
mal.  
art. 2.

q. 19.  
di. 8.  
3. ad  
Et 2.  
art. 3.  
q. d.  
art. 1.  
mal.  
art. 2.



Cap. r. non multum a prin. 10.5.

fornicationis, potest homo uelle fornicari. Sed hæc facillimè cedunt, si beatitudo, (de qua hic sermo non esset, nisi rō ultimi finis hominis, & beatitudinis formaliter esset eadem quod ad hanc difficultatem) rectè consideretur. Non enim loquimur de ultimo fine formaliter: & dicimus quod nihil potest appeti nisi ipse, aut propter ipsum. Et quod nec negatiuè, nec contrariè potest aliter appeti. Et ad primum motiū Scoti, patet solutio in litera in responso ne ad tertium in hoc articulo, ubi dicitur, quod intellectu aliud cogitante uoluntas uult propter ultimum finem virtualiter, & si non actualiter, & hoc sufficit. Ad secundum uero patet responsio ex dictis in eo articulo ad primum & ad secundum. Inde enim habetur, quod quodcumque pariale bonum appetatur, appetitur saltem ut bonum appetentis: & consequenter propter ultimum finem. Nam ut in eodem corpore dicitur, inchoatio alicuius ordinatur ad cō summationem eius. Ad motum autem de contrariè appetibili, manifesta est responsio: quoniam nullus potest appetere contrarium suæ plenæ perfectionis. quoniam quicquid appetit, appetit ut perfectionem habeat aliquam, quamuis appetat contra talem rem quæ est ultimus finis, ut patet in peccante moraliter: & præter illam, ut patet in peccante uenialiter. Nec te moueat, quod etiam actus speculatiuos diligimus propter finem, quoniam ut hic, & inferius in quæstio. 13. articu. 3. ad primū, dicere potes, dicantur nō propter aliud, non per negationem ultimi finis, sed per negationem alterius proximi & proprii finis. Et similiter dicuntur fines aliorum non per affirmationem ultimi finis, sed in illo ordine &c.

ne; sed non semper homo cogitat de ultimo fine in omni eo quod appetit, aut facit: non ergo omnia homo appetit, aut facit propter ultimum finem.

SED CONTRA est, quod dicit \* Augustinus. 19. de Ciuit. Dei. Illud est finis boni nostri, propter quod amantur cætera, illud autē propter seipsum.

RESPONDEO. Dicendum, quod necesse est quod omnia quæ homo appetit, appetat propter ultimum finem, & hoc apparet duplici ratione. Primo quidem, quia quicquid homo appetit, appetit sub ratione boni: quod quidem si non appetitur ut bonum perfectum, quod est ultimus finis, necesse est ut appetatur ut tendēs in bonum perfectum: quia semper inchoatio alicuius ordinatur ad cō summationem ipsius: sicut patet tam in his quæ sunt a natura, quàm in his quæ sunt ab arte: & ita omnis inchoatio perfectionis ordinatur in perfectionem cō summam, quæ est propter ultimum finem. Secundo, quia ultimus finis hoc modo se habet in mouendo appetitum, sicut se habet in aliis motionibus primum mouens. Manifestum est autem, quod causæ secundæ mouentes, non mouent, secundum quod mouentur a primo mouente: unde secunda appetibilia non mouent appetitū nisi in ordine ad primū appetibile, quod est ultimus finis.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod actiones ludicræ non ordinantur ad aliquem finem extrinsecum: sed tantum ordinantur ad bonū ipsius ludentis, prout sunt delectantes, uel requiem præstantes. bonum autem consummatū hominis, est ultimus finis eius.

Et similiter dicendum ad secundum de scientia speculatiua, quæ appetitur ut bonum quodam speculantis, quod comprehenditur sub bono completo, & perfecto, quod est ultimus finis.

AD TERTIUM dicendum, quod non oportet ut semper aliquis cogitet de ultimo fine, quando cumque aliquid appetit uel operatur: sed uirtus primæ intentionis quæ est respectu ultimi finis, manet in quolibet appetitu cuiuscumque rei, etiam si de ultimo fine actu non cogitetur: sicut non oportet, quod qui uadit per uiam, in quolibet passu cogitet de fine.

ARTICVLVS VII.

Utrum sit vnus ultimus finis omnium hominum.

In articulo 7. & 8. nihil occurrit scribendum.

AD SEPTIMUM sic proceditur. Videtur quod non omnium hominum sit vnus finis ultimus. Maxime enim uidetur ultimus finis esse hominis incommutabile bonum: sed quidam auertuntur ab incommutabili bono peccando. non ergo omnium hominum vnus est ultimus finis.

2 Præterea. Secundum ultimum finem tota uita hominis regulatur. Si igitur esset vnus ultimus finis omnium hominum, sequeretur quod in hominibus non essent diuersa studia uiuendi: quod patet esse falsum.

3 Præterea. Finis est actionis terminus: actiones autē sunt singularium. Homines autem etsi conueniant in natura speciei, tamen differunt secundum ea quæ ad indiuidua pertinent non ergo omnium hominum vnus est vnus ultimus finis.

SED CONTRA est, quod \* Augustinus dicit 13. de Trinit. quod omnes homines conueniunt in appetendo ultimum finem, qui est beatitudo.

RESPON. Dicendum, quod de ultimo fine possumus loqui dupliciter. Vno modo secundum rationem ultimi finis: Alio modo secundum id, in quo finis ultimi ratio inuenitur. Quantum igitur ad rationem ultimi finis, omnes conueniunt in appetitu finis ultimi: quia omnes appetunt suam perfectionem adimpleri, quæ est ratio ultimi finis, ut dictum est. \* Sed quantum ad id, in quo illa ratio inuenitur, non omnes homines conueniunt in ultimo fine. nam quidam appetunt diuitias, tanquam consummatum bonum: quidam uero uoluptatem: quidam uero quodcumque aliud, sicut & omni gustui delectabile est dulce. Sed quibusdam maxime delectabilis est dulcedo uini, quibusdam dulcedo mellis, aut alicuius talium. Illud tamen dulce oportet simpliciter esse melius delectabile, in quo maxime delectatur, qui habet optimum gustum: & similiter illud bonum oportet esse completissimum, quod tanquam ultimum finem appetit habens effectum bene dispositum.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod illi qui peccant auertuntur ab eo, in quo uerè inuenitur ratio ultimi finis: non autem ab ipsa ultimi finis intentione, quam querunt falso in aliis rebus.

AD SECUNDUM dicendum, quod diuersa studia uiuendi contingunt in hominibus propter diuersas res, in quibus queritur ratio summi boni.

AD TERTIUM dicendum, quod etsi actiones sint singularium, tamen primum principium agendi in eis est natura, quæ tendit ad unum, ut dictum est.

ARTICVLVS VIII.

Utrum in illo ultimo fine alia creatura conueniam.

AD OCTAuum sic proceditur. Videtur quod in ultimo fine hominis etiam oia alia conueniant. Finis enim respondet principio: sed illud quod est principium hominum, scilicet, Deus, est etiam principium omnium aliorum, ergo in ultimo fine hominis omnia alia conueniant.

2 Præterea. Dion dicit in li. de diu. no. \* quod Deus conuertit oia ad seipsum, tanquam ad ultimum finem: sed

Sup. ar. 5. co. & 1. Eth. lec. 9. fin.

c. 3. & 4. 10. 3.

ar. 5. huius q.

ar. 5. huius q. Int. q. 103. ar. 2. & 2. di. 38. ar. 1. & 2. cor. & 1. con. c. 75 & lib. 3. c. 17. 25. & 27. fin. & 79. & uet. q. 5. ar. 6. ad 4. c. 10. tit. pti. & c. 4. 1. par. ante pau.

sed ipse est vltimus finis hominis, quia solo ipso fruendum est. ergo in fine ultimo hominis etiam alia conueniunt.

¶ 3 Præf. Finis vltimus hominis est obiectum uoluntatis: sed bonum uoluntatis est bonum vniuersale, quod est finis omnium. ergo necesse est, quod in vltimo fine hominis omnia conueniant.

SED CONTRA est, quod vltimus finis hominum est beatitudo, quam omnes appetunt, ut Augustinus dicit: sed non cadit in animalia experia rationis, ut beata sint, sicut \* Augustinus dicit in libr. 83. q. non ergo in vltimo fine hominis alia conueniant.

RESPON. Dicendum, quod sicut philosophus dicit in 5. \* Meta. Finis simpliciter dicitur, scilicet cuius, & quo, id est, ipsa res, i qua ratio boni inuenitur, & vsus, siue adeptio illius rei: sicut si dicamus, quod motus corporis grauis finis est uel locus inferior, ut res, uel hoc quod est esse in loco inferiori, ut vsus: & finis auri est, uel pecunia, ut res: uel possessio pecuniae, ut vsus. Si ergo loquamur de vltimo fine hominis quantum ad ipsam rem, quæ est finis, sic in vltimo fine hominis omnia alia conueniunt, quia Deus est vltimus finis hominis, & omnium aliarum rerum. Si autem loquamur de vltimo fine hominis quantum ad consecutionem finis, sic in hoc fine hominis non communicant creaturæ irrationales. Nam homo, & alia rationales creaturæ consequuntur vltimum finem cognoscendo, & amando Deum, quod non competit aliis creaturis, quæ adipiscuntur vltimum finem, in quantum participant aliquam similitudinem Dei, in quod sunt, uel viuunt, uel etiam cognoscunt.

Et per hoc patet responsio ad obiecta: nam beatitudo nominat adptionem vltimi finis.

QVAESTIO III.

De his, in quibus hominis beatitudo consistit, in octo articulis diuisa.

DEINDE considerandum est de beatitudine. Primum quidem in quibus sit. Secundum, quid sit. Tertio qualiter eam consequi possimus.

- CIRCA primum quærentur octo.
- ¶ Primo, Vtrum beatitudo consistat in diuitijs.
- ¶ Secundo, Vtrum in honoribus.
- ¶ Tertio, Vtrum in fama, siue in gloria.
- ¶ Quarto, Vtrum in potestate.
- ¶ Quinto, Vtrum in aliquo corporis bono.
- ¶ Sexto, Vtrum in voluptate.
- ¶ Septimo, Vtrum in aliquo bono animæ.
- ¶ Octauo, Vtrum in aliquo bono creato.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum beatitudo hominis consistat in diuitijs.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod beatitudo hominis in diuitijs consistat. Cui enim beatitudo sit vltimus finis hominis, in eo consistit, quod maxime in hominis affectu dominatur: huiusmodi autem sunt proprie diuitiarum. dicitur enim Eccl. 10. Pecunie obediunt omnia. ergo in diuitijs beatitudo hominis consistit.

¶ 2 Præf. Secundum Boetium in 3. de consol. \* Beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus: sed in pecunijs omnia possideri uidentur, quia ut philosophus dicit in 5. Ethic. \* Ad hoc numerus est inuentus, ut sit quasi fideiusor habendi pro

eo, quodcumque homo uoluerit. ergo in diuitijs beatitudo consistit.

¶ 3 Præf. Desiderium summi boni cum nunquam deficiat, videtur esse infinitum: sed hoc maxime in diuitijs inuenitur, quia auarus non impletur pecunia, ut dicitur Eccl. 5. ergo in diuitijs beatitudo consistit.

SED CONTRA. Bonum hominis in retinendo beatitudinem magis consistit, quam in emittendo ipsam: sed sicut Boet. \* in 3. de consol. dicit. Diuitie effundendo, magis quam coaceruando melius nitent: siquidem auaritia semper odiosos, claros facit largitas. ergo in diuitijs beatitudo non consistit.

RESPON. Dicendum, quod impossibile est beatitudinem hominis in diuitijs consistere. Sunt enim duplices diuitie, ut philosophus dicit in 1. Poli. \* scilicet naturales & artificiales. Naturales quidem diuitie sunt, quibus homini subuenitur ad defectus naturales tollendos: sicut cibus & potus, uestimenta, uehicula, & habitacula, & alia huiusmodi. Diuitie artificiales sunt, quibus secundum se natura non iuuatur, ut denarij: sed ars humana eos adiuuenit propter facilitatem commutationis, ut sint quasi mensura rerum uenalium. Manifestum est autem, quod in diuitijs naturalibus beatitudo hominis esse non potest. Quærentur. n. huiusmodi diuitie ad sustentandam naturam hominis: & ideo non possunt esse vltimus finis, sed magis ordinantur ad hominem, sicut ad finem. vnde in ordine nature omnia huiusmodi sunt infra hominem, & propter hominem facta, secundum illud Psal. 8. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Diuitie autem artificiales non quærentur, nisi propter naturales. Non. n. quærentur, nisi quia per eas emuntur res ad vsum uitæ necessaria: vnde multo minus hnt rationem vltimi finis. Impossibile est igitur beatitudinem, quæ est vltimus finis hominis, in diuitijs esse.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod omnia corporalia obediunt pecuniæ quantum ad multitudinem stultorum, quia sola corporalia bona cognoscunt, quæ pecunia acquiri possunt. Iudicium autem de bonis humanis non debet sumi a stultis, sed a sapientibus: sicut & iudicium de saporibus ab his, qui habent gustum bene moderatum.

AD SECVNDVM dicendum, quod pecunia possunt haberi omnia uenalia, non autem spiritalia, quæ vendi non possunt: vnde dicitur Proverb. 17. Quid prodest stulto diuitias habere, cum sapientiam emere non possit.

AD TERTIVM dicendum, quod appetitus naturalium diuitiarum non est infinitus, quia secundum certam mensuram sufficiunt nature: sed appetitus diuitiarum artificialium est infinitus, quia deseruit concupiscentie inordinatæ, quæ non modificatur, ut patet per Philosophum in 1. Poli. \* Aliter tñ est infinitum desiderium diuitiarum, & desiderium summi boni, nam summum bonum quanto perfectius possidetur, tanto ipsum magis amatur, & alia contemuntur: quia quanto magis habetur, magis cognoscitur. & iō dicitur Eccl. 24. Qui edunt me, adhuc esuriunt. Sed in appetitu diuitiarum, & quorumcumque temporalium bonorum, est econuerso: nã quando iam habentur, ipsa contemuntur, & alia appetuntur, sicut quod significatur Ioan. 4. cum dominus di-

¶ Super Questionis secundæ Articulum primum.

IN artic. 1. quæst. 2. in argumento in oppositum aduerte, quod licet beatus sit dare, quam accipere iuxta Domini sententiam, simpliciter loquedo, quia dare est affluentia, accipere indigentia, in hominis tamen beatitudine, quia beatitudine indiget, substantia beatitudinis consistit in accipiendo seu retinendo, & ex ipsa emanat erogatio, ut consequens.

¶ Super

Lib. 2. profa 5. cir. principi.

Cap. 6. a. medio. 5.

¶ 19. de ciui. Deit. 1. & 19. de trini. cap. 3. & 4. \* Lib. 87. q. 9. §. 10. 4. \* Ex. 22. 10. 3.

D. 707. 1113.

3. contra ca. 30. Et op. 7. cap. 108. 202. de 76. Et op. 20. lib. 1. c. 8. Et Mar. 5. ca. 3. 4. & 5. Et 1. Ethic. 1. c. 5. §. 11.

\* profa 2. cir. principi. c. 1. & 1. poli. inuicem c. 6. & 7. 10. 5.

Cap. 6. a. medio. 5.